

# Liber I.

deus misericorditer ignoscit. alia que affluenter tribuntur. ignoscit mala nostra. largif bona sua. semp̄ presto est ad ignoscendū. patut spad largiendū. hic pius. hic largus. vtroq; benignus. vbiq; bonus. Cōfiteamur ergo illi mala nostra. cōfiteamur a nobis esse mala nostra ut pie ignoscatur. cōfiteamur ab ipso esse bona nostra ut deseruerit et angeat. Hec igit̄ incessanter agam? ne ingratiappeam? vel de nobis data rem iavel de pcessa gratia. verus enim amor pfectus semper. hec aug. In quib; verbis daf intelligi non debere pctōrem desperare etiam in multis criminib; pstitutū. Sed sunt nonnulli qui post multa et enormia pctā de dei misericordia desperantes se tradūt ad ampliora flaccia perpetrandā. ut saltem hinc vivat gulosē et voluptuose qui futura assequi bona se desperant. Quorū periculosaz exccatōnem beatus aug. in quadā au toritate tangit sic dicens. Sunt nonnulli homines qui cum cogitare ceperint mala que fecerunt. non sibi putat ignosci posse. et hoc dū putant dant autem iam perire. et desperatōe penitentes in cogitationib; suis. ita nula nobis spes est neq; enim tanta illa q; cōmisiimus donari nobis aut ignosci possunt. quare ergo non satisfacimus cupiditatib; nostris. impleamus saltem pñris et pñis voluptatem. q; nullaz habemus in futuro mercedē. faciam? quicquid liber et si non licet ut habeat nus suavitatez tempalem. q; percipie non meremur eternā. Talia dicentes despando peunt. Sed pcedit ad eos dñs dicens per Ezech. In qua eunq; die cōuersus fuerit homo a via sua mala omnes iniquitates eius obliuiscar. Hacce audita et credita a desperatione recreantur et ab illa altissima ac pñfundar vragine qua submersi fues-

# Dist. I. Ca. VI.

rant emergunt. Nec augusti. Ecce ad desperationem homines stulti ppter pecata deueniunt. quorū stulticiam Fulgentius commemorat sic dices. Stultissima res est desperatione cum nimis omnia opera sua diuina excellat miseratione. De hoc etiam dicit Hilarius. Stultus reuera est qui de dei pietate misericordiaq; desperat. Damnatio autem dignus est qui super misericordia dei fronte impetrata peccat. hec hilarius. Unde etiam dicit Iheronim⁹. Hoc ipsum non lateat desperantes p cuncta excellat dei opera ipsa sua misericordia. misericordiaq; saluatoris suis prefert operibus vniuersis. hec hies romimus. Ecce habemus p vere penitentes nullo modo debeant despere de dei misericordia. Qui autem dicit Haymo. deus est semp̄ paratus misereri hominum in morte q; invita. sed non sp̄ eq; ydoneus atq; dignus est suscipere dei misericordiam tam in morte q; in vita sed hoc faciunt peccata siue negligencie hominum. Nam scđm richardum. Summa dei delectatio est effundere ex se imbreui siue pietatis et misericordie. Justo autem dei iudicio ille damnatur qui hunc felicem impediuere atq; restrinxerit effluxum. qui effluxus pietatis et misericordie impedire in homine ppter malam voluntatem et vitium perpetratōem. Unde quilibet peccator q; quis multis et magnis criminibus sit obrutus si ex toto corde conuersus fuerit ad dominū nequaq; debet de dei misericordia desperare.

Filius. ¶  
**E**st ne aliquod peccatum tam graue quod non possit nec valerat indulgentiam a deo primere et misericordiam.

## Capitulum VII.

e. q.

**D**om est aliquid flagiciū sine peccatū tāz graue  
et enorme si p eo homo p̄t̄tus fuerit  
et p̄miam egerit v̄eniam indubitanter  
et m̄iam a deo p̄sequēt̄ excep̄ta despera  
tione quevēt̄ caret. De hoc primo d̄t̄  
berū. Neq; criminis quantitas nec vi  
te enormitas tempor̄ diuturnitas ex  
cludit aīaz a m̄ia dei si mutatio fuerit  
voluntatis. Et beatus aug. **A** Nec  
cantes quoq; ad spem venie ne despēnt  
horat̄ p exempla in tractatu de confli  
ctu viciōz sic dices. Si de criminib⁹  
agis de delictis ecce dauid adulterio  
simul et homicidio reus de inferni fau  
cib⁹ m̄ia d̄m̄ scribitur liberatus. Ecce  
manasse oīm̄ peccator̄ nephantissi  
mus ipurissimus sordidissimus et sce  
leratissimus p̄m̄a de morte ad vitā res  
dit. Ecce maria magdalene inumeris  
facinor̄ sordib⁹ inquinata ad fontem  
pieratis anxia currens d̄m̄ vestigia la  
ccrimis rigans capillis detergens os  
culans vngento pungens abluī meru  
it. Ecce petrus negatōis sue vinculis  
astricrus amarissimis lacrimis infite  
litatis nodos resoluit. Ecce seditionis  
simul et effusionis fratrem sanguinis  
latro obnoxius. om̄ius hore momēto  
una p̄fessionis v̄oce de cruce ad padis  
sum transq;. Ecce Paulus eccīam dei  
p̄sequens multos p nomine xp̄i peri  
mens ut dicam maritū se toto cruo  
re inficiens apls factus invas electio  
nis mutatus est. vbi ḡ tot tantaq; p̄ce  
dunt exempla non dent locū desperati  
om̄ colloquia mala. Cū etiam scriptū  
sit in quaēq; peccator̄ ingemuerit sal  
uus erit. Et rursum nolo mortem pec  
catoris sed ut querat̄ et vivat. **L**  
De quersiōe v̄o i melius nequaq; mu  
rari quid aliud respondeam nisi vt qđ  
heri quisq; nō egit hodie dū adhuc v̄i

uerē licet agat ne differat de die in diē  
dum nescit si velynā correctionis ha  
beat diem. hec aug. Hanc tantam piet  
atem dei Amb. admirat̄ dicens. te  
benignitate dei non sufficio admirari  
eo q̄ tm̄ pcere potest h̄i peccatori sed  
non est mirandū quia tanta est pietas  
et m̄ia inviscerib⁹ di nostri qui cū om̄  
nipotēs sit et oīa facere possit hoc tamē  
facere non potest vt non misereat hu  
milib⁹ et p̄t̄tis corde ad seipsum con  
vertentib⁹. Et ne hoc absurdū esse di  
cas beatus aug. in libro. lxxxij. questi  
onū pbat sic dicens. Deus om̄ia p̄t̄  
preter hoc q̄ non potest non misereri  
gemib⁹ peccatoris qui ad se revertit.  
Hoc idē sentit beatus ambro. in libro  
de officijs cū d̄t̄ Deus namq; oīs im  
potentie expers sola ramen sue m̄ie li  
gatur et vincit pietate. Ecce quāta dei  
pietas qm nulla supare potest n̄ea ini  
quitas. Drecellit enim eius pietas et  
m̄ia oēm̄ imiquitatem et maliciāz. De  
tanta eius m̄ia d̄r in quodam tractatu  
Mirandū est et valde mirandū qđ d̄r  
certissima tñ et indubitate fide tenen  
dum. Ecce si totus mundus esset glo  
bus igneus et in medio eius de stipula  
lini pugillus hic ex sua naturali incli  
natione non tam cito flammāp incen  
dia recipet sicut abissus miserationis  
dei p̄t̄rem penitentez et suerti volen  
tem qz in illa actione naturali aliquā  
lis. licet minima et imp̄ceptibilis re  
quitat̄ morula sed nulla penitus mora  
inter peccantem et remittentē gemen  
tem et gemitus exaudientē. Et beatus  
grego. Det̄ magna dei m̄ia videtur  
quasi simile sentire cum d̄t̄ in registro  
maior est dei m̄ia q̄ quenam malicia et  
sicut scintilla in medio mari sic om̄ia  
mis malicia ad dei misericordiam. hec  
gregorius. Nec mirum qz om̄ia pec  
cata q̄uis multa et enormia sint tamē

# Liber I.

sub numero & mēsura sunt. mis̄cōdia re  
ro dei sine numero & mensura est. ergo  
vincere eam peccata non possunt.  
**O** Qd̄ pbat beatus aug. in quadāz  
pulcra autoritate sic dicens. Neuerete  
read deū o peccatorū cum fiducia . non  
emim vincent omnia p̄ctā tua magnitu  
dinem mīe dei. Quantacunq; em̄ sint  
sub numero & mēsura sunt. mis̄cōdia re  
ro dei sine numero est & sine mensura.  
non ergo vincere p̄t quod cū mensura  
est illud qd̄ absq; mensura ē. h̄c aug.  
Ecce quō aperte claret per dicta sanc  
torū patrum ineffabilem & immensura  
bilem esse mis̄cōdiām dei. Tollat ergo  
ab homīe omnis desperatio & maxime  
ab illo qui in toto corde suo p̄veram  
penitentiam sequat̄ dominū . & tantaz  
spem habere debet ad deum q̄ si etiam  
vnus tñ homo ex omnib; hominib;  
de toto mundo saluare. eundem seip  
sum debet estimare esse & spare. Id tā  
psolatoriam spem beatus aug. in libro  
ecclesie inuitat vnūquemq; fidelež sic  
dicens. **O**mnis aut ab homine xp̄ia  
no tollat desperatio . nam si inter oēs  
mundi hoīes solus vnus homo salua  
ri deberet. vnusquisq; sperare tenet se  
esse illū qui saluare. h̄c august.

Filius

**A**udiens tāta mirabilia deī mi  
sericordia p̄ gaudio & ammira  
tione penitus deficio. o ōs deus pater  
nō viscez pietas inaudita. o ḡa fin  
gularis. o diuine mis̄cōdie pelagus in  
finitū cunctis mortalib; incomprehen  
sum. excedens ingenia. supans vta.  
deniq; supgrediens merita vniuersa.  
quis enim tam flagiosus qui aure p  
cipiens & intelligētantam tuam pie  
ratem ad spem venie suop; delictoz post  
posita sua imiquitate quā gessit vt non  
resurget.

Ca. VIII. Pater.

# V. Dist. I. Ca. VIII.

## Bene sapiss fili et

optime dixisti de tam incōpre  
hensib; i mis̄cōdia dei. Crubescat ergo  
humana malicia & supbia. & p̄fiderās  
tantam benignitatē dei currat quanto  
tius non despanto ad fontē eius pie  
tatis ad veram p̄mā & p̄uerisionem. &  
tanto humilius & fernētius ip̄sius mi  
sericordiā postulet quāto ad indulgen  
dū p̄mptiorem certit ipsum existere.

**N** De hoc dicit richardus d̄ san  
ctore. In nullaviriorū enormitate de  
rei miseratiōe est desperandū qui tam  
multus est ad ignoscendū. Sed nun  
quid idcirco ipsum impudenter & ir  
reverenter implorare debemus quē ad  
indulgendū tam p̄num agnouimus.  
imo tāto magis debemus in eius p̄spe  
ctu erubescere. tanto humilius vniām  
postulare quanto benignorē & dulcio  
rem agnouimus quem pr̄um aciter of  
fendimus. h̄c richardus. Considerā  
tes igit tantam pietatem in viscerib;  
dei nostri curramus singuli ad finū pi  
eratis & ad gremium mīe eius dum li  
cet & hoc corpusculo sumus. ne preoc  
cupati die mortis queramus spaciū  
p̄mē & inuenire non possimus.

**A**ccedemus ergo cum fiducia ad thro  
nū gracie eius & si sentimus in nobis  
duriciam cordis flagitemus clementi  
am ipsius vt emolliat illud grām com  
punctionis infundendo per quā possū  
mus saluari & mīam eius intuemire. ne  
forse tardantes incurramus indigna  
tionem ipsius & perpetuam duriciam  
cordis nostri. ipse enim corda prava &  
dura potest emollire cum sibi placet &  
quando sibi placet. & diverso mō quo  
sibi placet. De hoc dicit beatus augu  
sic. Quis tam impie desipiat vt dicat  
deum malas hominū voluntates quas  
voluerit. quando voluerit. vbi vulnerit

e. iq.